In nomine domini amen. Bruno II dei gratia Misnensis episcopus. Cum ea que geruntur in
dotib' allegantur rata debeat permanere. nouerint uniuersi tam presentis temporis quam futuri. quod nos ob
nostre salutis augmentum de consensu capituli nostri Misnensis uillam Smyrdendorf cum agris et pratis. cum areis. pratis.
pascuis. agris. areis. aquis. ecclesia et utilitatibus uniuersis. que ibi sunt uel in esse poterunt in futurum.
ecclesie collegiate Budissinensi ad prebendas fratrum ibi deo seruientium dedimus. Eandem ecclesie memora
te. decimam de uilla Cunradisdorf. prope opidum Lubaw sitam. cum omni plenitudine atque fruc
tu. dedimus. cum hec et alia que eadem ecclesia possidet. aut possidebit. pro patrimonio ihesu christi. et pro
hospitalibus uel dotalicus sponse sue. idest ecclesie conputentur. ita ut pacis securitate gaudere de
beant et quiete. auctoritate dei omnipotentis. et nostra. sub pena excommunicationis precipimus. in
uilla et decima supradicta. Institutione sancti spiritus inhibentes. ne quis ipsam. in eidem. aut alius
bonis suis molestet nec aliquatenus aut perturbet. Assignamus liquide dotem ipsam die quo
post in ea canonicos institutos. et chorum de nouo consecrauimus. eandem dedicauimus. dignum de
dicando dedicauimus ante ipsam. VIII. Kl. Julii. Anno domini M. CC. XXI. Pontificatus nostri anno
Huius rei testes sunt. Nycolaus. Theodericus de Appolde canonici Misnenses. Hermannus. Lupus. Wer
nerus. Ulricus capellarius domni episcopi canonici Budissinenses. Syghardus. Reinoldus. Ditmarus. Her
mannus. Cuno. Karolus. Theodericus de Dobrus. Ricoldus. Cunmannus de Lyheuuz et frater eius
Hermannus. Arnoldus de Dobilin. laici et alii quam plures

Stiftungsbrief der Collegiatkirche S. Petri zu Budissin.

Dr. Neumann

Köhler
Cod. dipl. Lus. sup. I

SLUB
Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden